Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium secundum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

liter in quo differt ens reale ab entibus alius non
entibus. Tunc ultra. Sed ultimae differentiae rerum
existentium quam unius entitatem constituerent
sunt aliquae ipsae, quae sunt capacitatem ad exis-
tendum. Sed haec est ratio entis realis in com.
ergo illa ratio includitur in ultimis rerum differentiis.

Dubium Secundum.

Quid diuidatur in diuisione Substan-tiæ in primam et secundam? Et qualis sit illa Diuisio?

In hoc

In hoc dubio quod certo sciendum est primo; divisum
quod dividitur in primam et secundam aut substantiam,
non posse esse substantiam incompletam. probatur.
substantia prima et 2a. sunt substantiae completae in linea
recta praedicamenti constitutae. ergo divisum in primam et
2am substantiam, non est substantia incompleta.
Consequentia probatur. alias prima et 2a substantia essent
substantiae incompletae, quod probatur. membra divi-
dentia debent participare naturam divisi; ergo
si divisum est substantia incompleta, membra
dividentia etiam erunt talia.
Sciendum 2o. Divisum huius divisionis non esse
substantiam transcendentalem seu abstrahentem
a completa et incompleta. probatur hoc. nam
alias partes et dictae, aliaeque entia incomple-
ta essent prima vel 2a substantia. atque hoc est fal-
sum. ergo et id ex quo sequitur. probatur sequela
quia determinate participat naturam divisi, etiam
et determinate esse sub aliquo membro
dividente, sed partes dictae, aliaeque entia
incompleta participant naturam substantiae transcen-
dentalis; ergo si illa est divisa, partes dictae
et alia entia incompleta, erunt prima vel
2da substantia. hoc autem esse falsum et constat; quia
talia entia incompleta non possunt directe in
praedicamento substantiae, ergo nec sunt prima nec 2a substantia,
cum ista in recta linea collocentur.
Sciendum 3o. Divisum in hac divisione
non

non esse substantia completa, quia ut sic est ratio ge-
neris generalissimi distincti ab aliis 9
supremis generibus. probatur hoc. substantia completa
quae ut denominatur genus generalissimum est substantia
..., ut patebit. ergo non potest dividi in partem contra-
substantiam. consequentia patet. alias unum membrum
dividens coincideret cum diviso, et consequenter
latè pateret. alterum vero repugnaret diviso
contra similis contra leges bonae divisionis.

Sciendum secundo. Divisum in hac divisione
non esse substantiam completam, sed rationem
substantiae in communi respectu accidentium. probatur.
non datur aliqua substantia completa in linea
recta praedicamenti quae in communi substet, ergo non potest
dari substantia quae sit divisum, in hac divisione. consequentia,
patet probatur antecedens. imprimis illud substans
in communi, non potest esse individuum substantiae quia
hoc primo substat, et est primum fundamentum
omnium accidentium; imo et secundam substantiam.
2o. illud substans in communi repugnat esse
genera et species quae directe ponuntur in praedicamento
substantiae, quia haec omnia secundo substant. ergo nihil
potest assignari in recta linea praedicamenti, quod sit
substans in communi, cum nihil aliter ista supra esse
videatur.

Conclusio Prima.

Divisum quod dividitur in partem et
rationem substantiam est ens per se inte-
grum et completum contentum in linea
praedicamenti substantiae.

Haec

Tractat. de substantia, cap: j.

Haec conclusio est Caietani, qui ait, sumi substantiam pro re directe existente in categoria substantiae, non ut generis, aut speciei, aut individui tantum sed absolute ut sic, quemadmodum in categoria; et ratione esse finita et completa. Et hanc eam completam sic explicatam dicit ipse esse, quae divisi in hac divisione. probatur conclusio a sufficiente ratione assignantium, neque n. aliquid aliud potest assignari quod habeat rationem divisi in hac divisione.

Dices contra substantia prima est substantia completa, et substantia 2a est substantia completa. ergo substantia completa erit communis primae et 2ae substantiae; ergo poterit dividi substantia completa in illas. nam omne commune potest dividi in illa, quibus est commune, sed hoc commune, nempe substantia completa, est genus generalissimum, ergo illud erit divisum in hac divisione. Quod tamen et dici non potest, si n. genus generalissimum est unum ex membris dividentibus, et hoc habeant alia, quod commune est superius, sequitur illud non esse genus generalissimum, quod tamen est contra dicta. R.

Verum esse utramque substantiam tam primam quam 2am esse completam, quod vero infertur. ergo substantia completa est communis primae et 2ae substantiae, distinguitur cum una distinctione. est communis communitate [illegible], quales quaequam; communitate generica, negatur. Et sicut est commune, sic quoque potest dividi, sed: [illegible] tantum in accidentia. Et quod ultra dicitur, hoc commune divisum, nempe substantiam

substantiam completam esse genus generalissimum supra a nobis assignatum; negatur consequentia; nam illud genus generalissimum, loquendo de ipsa substantia, neque esse divisum in hac divisione; neque in ulla parte potest esse quam substantia, si spectetur quidem, imo potius cum unum ex membris dividentibus loquendo de ea sumitur. ...nec te moveat quod ibidem dicitur, membrum divisionis dividens continere in uno cum superiori, si... genus generalissimum cum unum ex membris dividentibus, habebit aliquid commune cum superioribus, quod generalissimo repugnat. nam quod dicitur illud, in quo quaeritur, quod substantia sumitur de eis loquendo, non esse rationem abiguam caetera generica, sed potius statum aliquod generis generalissimum quod consideratur in statu substantiae, vel statum illum modum quo substandi habet et aliquod statum in quo satis modus sumendi; et hoc statu illud, quod nos supra pro supremo genere assignavimus; ubi et obiter nota, genus generalissimum in hoc differre ab aliis generibus intermediis praedicatis substantia, quod illud non sit compositum ex genere et differentia, sicut caetera genera inferiora subalterna; et quod denique substantiam completam esse genus

generalis

generalissimum intelligi potest de illa substantia com-
pletaque non est composita ex genere et differentia,
sicut vivens et aliud, sed de illa quae immediate
absque ulla compositione generis et differentiae contrahit suum
completum, si n. illa quae pro substantia completa
est genus generalissimum, et ideo intelligatur absque
ullo addito, verum non tollit, sequeretur n. et
potest esse genus generalissimum pro substantia sub-
stantia cum ipsa sit substantia minus completa.

Conclusio Secunda

Membra dividentia si sumantur pro in-
tentionaliter divisio est vitiosa; secus
si formaliter.

Explicatur Conclusio. Membra dividentia sunt
prima et 2a substantia ut ex textu patet. et dicuntur sumi
pro intentionaliter quando accipiuntur quae ipsa res
quae talis denominantur, ut homo vel aliud
quod denominatur 2a substantia et petrus quod pro
substantia dicitur. formaliter a. sumuntur, quando considerantur
ista substantia in ordine substantiae pro ratione
accidentibus: et hoc posito probatur Conclusio.
In bona divisione nullum membrum potest de alio
praedicari, sed 2a substantia si pro intentionaliter
sumatur potest praedicari de prima. ergo membra ista
pro intentionaliter accepta reddunt vitiosam
divisionem. maior patet. quia membra divisionis de-
bent distingui formaliter et opponi inter se. ergo
non

non pot de se in in com predicari. min: pbr:
haec est bona et sntis pradicad petrus est homo,
sed hic pbr substa 2a de 3a accepta 3o in-
tentionaliter, 3o min: vera. Ex hoc recte
infert, 2am substam 3o intentionaliter ac-
ceptam, non distingui a 3a, sed esse eandem
consideratam. et consequenter hoc modo non sunt
membra divis. cons pbr. nihil pot de aliquo pdi-
cari quod est ab illo sntter et realiter distinc-
tum; sed 2a substa pdr de 3a; 3o non est
distincta ab illa.

2a conclusionis pars pbr facile. Membra divi-
denda sntter sumpta, seu 2o intentiona-
liter opponuntur et distinguuntur, nec de se in-
vicem pot predicari. 3o si hoc modo sumantur
bona efficient divisionem. consequentia patet. pbr ant.
ista predicationes sunt falsa. 3a substa est 2a
substa, sed non essent falsa si non oppo-
nerentur et distinguerentur, 3o 2a pars conclusionis
vera.

Quaeres quae sunt istae rationes sntes horum mem-
brorum? Dices, esse illos modos ut dictum
est in textu. 3o sc: vel 2o substare acci-
dentibus; itaque membra huius divisionis sunt
illi modi, quos ens per se completum in se
habet, ita ut sensus sit, ens per se completum
aliud 3o substat accidentibus. aliud 2o.
et tunc membra dividenda per substrata
sive 3o intentionaliter accepta, sunt

realiter

realiter eadem, et non opposita. fruitter tu distinguimus ut dictum est.

Conclusio Tertia

Haec divisio est subiecti in accidentia.

Probatur Conclusio. Isti modi primo et 2o substare sunt extra conceptum essentiam substantiae completae. ergo sunt accidentia. consequentia patet. Illud n. est accidens quod non claudit in conceptu essentiali alicuius rei, probatur antecedens. nos bene concipere possumus rationem entis per se completi, vel substantiae completae, absque ratione unitis, et parcitatis, vel absque ratione, vel substantis, immo eo ipso quod sunt medi entis per se completi sunt accidentia illius.

Conclusio Quarta.

Haec divisio est analogi in analogata, licet non sit talis dicenda rigorose.

Haec conclusio habet duas partes. prima probatur. Illa divisio est analogi in analogata in qua res divisa per prius et posterius dicitur de membris divisis; sed in hac divisione res divisa, dicitur per prius et posterius de membris dividentibus. ergo est divisio analogi in analogata. maior patet ex

divisione

divie sani in ait et medicina. ptr mi: res divisa in hac dione e substa completa, sed hac prius offert de sa quam de 2a substa. 2a n. per se substat, 2a vero dr subs stare rae sa; vel in ordine ad sam. go res divisa pdr per prius et posterius de membris dividentibus. Alii ptant idem hac rae. substa 2a in rae substantis e qd rais, sub, sta vero sa in rae talis, e qd reale, go hac divio erit analogi in analogatu. sequens ptr; qa ens rais, et ens reale ana, logice conveniunt tm. Veru hac ptio no adeo videt efficax, possit n. qs dicere substam sam in rae substantis subter esse usq alige rais, qa substa sa subter dicit 2am intentionem, sed 2a intentio e ens rais, go. Nisi forte velimus explicare eos q utuntur dicta rae, qto asserunt sam substam esse ens reale, illos non loqi de sa substa formalissime considerata, qua y affert 2am intentionem; sed loqi de sa substa materiale considerata, put e indivis duum substa substans accidentibus, y certe dat à parte rei.

2a pars conitis et ptr. Illa e divio vigo, rose analogi in analogata, qto res divisa

partim

partim e eadem, partim diversa in mem-
bris dividentibus, sed res divisa in hac di-
visione neque ens per se completum, & eadem
in utroque membro, ideo non est 1a substantia
sunt entia per se completa, ergo 2a pars con-
ditis vera.

Obiicies 1o. Istae praedicationes 1a substantia
et 2a substantia, prima substantia et 2a substantia,
sunt falsae. ergo inter membra illa 1o in-
tentionaliter sumpta, et ab sentis distinctione,
alias non essent falsae praedicationes. ergo
divisio illa erit bona, etsi membra dividen-
tia accipiantur 1o intentionaliter.

Rx. Concedo ans. et distinguo consequens. Cum di-
stinctio sentis inter 1am et 2am substantiam
1o intentionaliter acceptam, ut multi ar-
guunt, nego consequentiam. 2o intentionali-
ter, concedo consequentiam. Et quia in istis prae di-
cationibus explicantur istae diversae intentiones
2ae ideo et sunt falsae.

Obiicies 2o. In hac divisione continetur di-
visum in uno membro dividente. ergo
non est bona divisio. consequentia patet. probatur ans.
divisum in hac divisione est substantia completa,
aut ens per se completum, sed substantia com-
pleta est 1a substantia. ergo divisum continetur
in uno membro dividente.

Rx.

R. Nego ant. ad probationem concedo divisionem esse substantiam completam [illegible] explicationem propria factam. negabis tu quod substantia completa, in quantum habet rationem divisi, sit [illegible] substantia; quia tali modo [illegible] [illegible], sit a ratione generica et ratione substantiae, et potius [illegible] quod ponitur in linea recta praedicamenti substantiae quod [illegible] conveniat rationem generis et rationem substantiae, generis aut speciei, aut individui.

Obiicies 3o. Membra dividentia debent claudere rationem divisi; sed hoc non fit in hac divisione. ergo erit vitiosa. probo min: membra dividentia sunt illi modi sub quibus [illegible]; sed hi non sunt substantia completa [illegible] res divisa. ergo membra dividentia non claudunt divisum. /

R. Distinguo mai: membra dividentia in [illegible] divisione debent claudere [illegible] et [illegible], [illegible] mai: [illegible] concedo mai.

Nunc ad min: sed non claudunt divisum, [illegible] et [illegible] concedo min. [illegible] nego min: saltem n. isti modi quos [illegible], important substantiam completam quod sufficit ad divisionem [illegible] in [illegible] dentia. sicut patet in illa divisione, qua dividitur [illegible], in tardum et falcem.

Dub: